Dispositio decem medietatum

De maxima et perfecta symphonia quae tribus distenditur intervallis ·

LIBER SECUNDUS INCIPIT

Superioris libri disputatione digestum est quemadmodum tota inaequalitatis substantia a principe sui generis aequalitate processerit. Sed quae elementa sunt eiusdem principaliter componuntur. Et in eadem rursus resolutione facta solvuntur. Ut quoniam articularis vocis elementa sunt litterae. ab eis est syllabarum progressa coniunctio et in easdem rursus terminatur extremas. Eandemque vim sonus in musicis. Iam vero mundum corpora · IIII · nominamus efficere. Namque utar ex imbri terra anima gignuntur et igni. sed in haec rursus eius · IIII · elementa fit postrema resolutio. Ita igitur quoniam ex aequalitatis magistri et secunde tas inaequalitatis species proficisci videmus. Omnis a nobis inaequalitas ad aequalitatem velud ad quoddam elementum proprii generis resolvatur. Hoc autem trina rursus in operatione colligitur. eaque resolvendi ars datis quibuslibet tribus terminis inaequalibus quidem sed proporcionaliter constitutis. id est ut eandem medius ad primum vim proportionis obtineat quam est extremus ad medium in qualibet inaequalitatis ratione. ut in multiplicibus, ut in superparticularibus, ut in superpartientibus, ut in his quae ex his procreantur multiplicibus superparticularibus, ut multiplicibus superpartientibus, eadem atque una ratione indubitata constabit. Propositis enim tribus ut dictum est terminis aequis proportionibus ordinatis ultimum semper medio detraham. et ipsum quidem ultimum primum terminum collocemus. Quod autem de medio relinquitur secundum. Deinde tertia vero propositorum terminorum summa auferrem unum primum et duos secundos eos qui de medietate relicti sunt. et id quod ex tertia summa relinquitur tertium terminum constituerim. Videbis igitur hoc facto in minore modum summas statim ita ad principaliorem habitudinem comparationes proportionesque reduci. Vel si sit